


ANNO
TATIONES EDOVAR
DI LEEI IN AN-
NOTATIONES
NOVI TE-
STAMEN
TI DE
SI
DERII
ERASMI.



3365(2)
8-14487421



ERASMVS CANDIDO LECTORI
S. D.

Quoniam multi desiderabant ea, quæ scrip-
rat in nostras annotationes Eduardus Leus,
& codicū esset magna paucitas, curaui opus
excudendum denuo, sicut ab ipso fuerat æditum, nec
addens nec detrahens quicquā, præter inuectivas, qui-
bus opus annotationum intercluserat, propterea quod
arbitrarer illū iam pœnitere tantæ petulantiae, certe scie-
bam etiam apud Anglos optimo ac doctissimo cuiq;
summopere displicere. Idq; feci eo libentius, quod ut ali
quantulum fructus redeat ex annotationibus illius, no-
straq; responsione, è rixis illis nulla uentura sit utilitas
ad lectorem. Bene uale lector.



EDOVARDVS

LEEVVS DESIDERIO ERASMO

SALVTEM.



N nunc demum habes Desideri Era
sme, nostrarum annotationū librum,
quem tantopere efflagitasti, opus spe
ro cum primis tibi gratum, & iucun
dum, si non quod nostrum sit, tamen
quod tuo nominī nuncupatum: & te
annum iam totum hortante emissum, uel forte eo po
tius nomine, quod inde orbi nostra prodetur ignoran
tia, quam tu nullis non modis studies propagari, ut
omnes cognoscant me talem esse, quem tu pin
gis, Mihi uero quicquid euenerit, nec male,
nec infeliciter cadet. Nulla est fortis ia
ctura, quam non expecto.

Vale.

A s Index

ANNOTATIO^{II}

NES EDOVARDI LEEI IN ANNOTA
tiones prioris æditionis Noui testamen
ti DESIDERII ERASMI.

Annotationes in Matthæum.

ANNOTATIO I.



HRISTI generatio sic erat: Operæpre/ Matth. 1.
ciū censeo in uestibulo operis huc citare,
quod memini abs te dictum quadā anno
tatione in secundæ ad Corinthios caput
quartum, ibi (super mortificatione Iesu
Christi) Postq; Græca testatus es, Latinis
exemplaribus, deesse (domini) Sed, inquis,
obstrepet aliquis, quid hæc faciunt ad sensum, an sit domini
Iesu, aut Iesu Christi, ac statim non minus Christiane quam
uere respondes arbitrari te nefas esse in diuinis literis, si uel
unum apicem sciens, ac uolens, quis mutet. Huius ergo negle
ctæ legis liceat mihi te reum peragere, quoties aliquid abs te
additum ademptumue inuenero. Id enim cum primis æquū,
ut tuam ipsius legem feras, sed nec tuam tantum, imò ecclesiae,
quæ etiā decernit, tum in Deuteronomio, tum in Apocalypsi,
in diuinis literis nihil quicq; mutandū, nec quidē ab re. Nam si
cuiq; hominum, quantlibet etiam eruditione polleat, permit
tendum sit, ut arbitratu suo quippiam mutet sic passim, cur nō
idem licebit alijs, præsertim aequæ doctis. Itaq; breui fatisceret, ua
cillabitq; diuinorum librorum autoritas. Nam cum quisq; suo
sensu abundet, ut dicit Paulus, atq; tanta sit Græcorū codicum
uarietas, ut sensu inuicem nō raro dissideant, alias aliam habe
bit lectionem sacram, & pro suo quisq; euangelio, quod è plu
ribus

B 2 ribus



BASILEAE, EX AEDIBVS IOANNIS
FROBENII MENSE MAIO,
ANNO M. D. XX.